Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dixit adea holofernes. Bibe nunc & accumbe in iocunditate: quo inue
nisti gram a cora me. Et dixit iudith. Bibam dne: quo magnificata est
anima mea hodie pomnib dieb meis. Et accepit & manducauit & bibit
coram illo ea que parauerat illi ancilla ei. Et iocundus factus e holofernes ad
illa. Bibitq; uinum nimis multum: quantum nunquam biberat in uita sua. Vt
autem sero factum est: festinauerunt serui illi ad hospicia sua. Et conclusit ua
gao ostia cubiculi: & abiit. Erant autem omnes fatigati a uino: eratq; iudith so
la in cubiculo. Porro holofernes iacebat in lecto: nimia ebrietate sopitus.
Dixitq; iudith puelle suae: ut staret foras ante cubiculum & obseruaret. Ste
ritq; iudith ante lectum orans cum lacrimis: & labiis motis in silentio dicens
Confirma me dne ds israel: & respice in hac hora ad opus manuum mearum: ut
sic promisisti ierim ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens pte posse fi
eri rogitaui: p ficiam. Et hec cum dixisset: accessit ad columpnam que erat ad ca
put lecti ei: & pugionem ei qui in ea ligatus pendebat exsoluit. Suisq; euagi
nasset illum: adprehendit comam capitis ei & ait. Confirma me dne ds israel in
hac hora: & percussit bis in ceruice eius: & abscidit caput ei. Et abstulit co
nopeum eius a columpnis: & euoluit corpus ei truncum: & post pusillum exiit.
Et tradidit caput holofernis ancille suae: & iussit ut mitteret illud in peram suam.
Et exierunt due secum consuetudinem suam. quasi ad orationem: & transierunt
castra. Et gyrantes uallem: uenerunt ad portam ciuitatis. Et dixit iudith alon
ge custodibus muri: Aperite portas: quo nobiscum est dns qui fecit uirtutem
in israel. Et factum est cum audissent uirtutem uocis eius: uocauerunt p spiritos ciuita
tis. Et concurrerunt ad ea omnis a minimo usq; ad maximum: quo sperauerant
eam iam non esse uentura. Et accendentes luminaria: congrauerunt circa ea
uniuersi. Illa autem ascendens in eminentiori loco: iussit fieri silentium.
Cumq; omnes taciuissent: dixit iudith. Laudate dnm dei nrm qui non dese
rit sperantes in se: & mihi ancilla sua adimpleuit misericordiam quam pmi
sit domui israel: & interfecit inimicum meum hostem ppli sui in hac nocte. Et